

Heinrich Rudolph Redecker

**Henricus Rudolphus Redeker/ Iuris Consultus, Facultatis iuridicae Rostochiensis
Antecessor & Decanus Suo & Amplissimae Facultatis nomine Ad Disputationem
Inauguralem, Dn. Johannis von der Becke/ Minda-Westphal. ... Die 18. Augusti ...
observanter & amice invitat : [Rostochii, sub Sygillo Facultatis, die IX. Augusti,
Anno 1674.]**

Rostochii: Kilius, 1674

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741211564>

Druck Freier  Zugang



Innus aus dem Teil I
der Pandekten

Rü für 1674.
Heinr. Rud. Redeker, Pr. /a
Johann v. d. Becke, Reg
mit Progr.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn741211564/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741211564/phys_0002)

DFG

HENRICUS RUDOLPHUS

Redeker/

Juris Consultus, Facultatis juridi-
ca Rostochiensis Antecessor &
DECANUS

Suo & Amplissimæ Facultatis nomine

AD

DISPUTATIONEM INAUGURALEM,
DN. JOHANNIS von der Becke/

Mindâ-Westphal. J.U. Candidati

præstantiss.

*Die 18. Augusti in Auditorio Majori, consueto more
ac Solennitate babendam.*

MAGNIFICUM Dn. RECTOREM,
Nobiliss. Utriusq; Reipubl. Senatum, Ex-
cellentissimos omnium Facultatum Professores atque
Doctores, lectissimâ studiosæ juventutis coronam, nec non o-
mnes litteratos & litteratorum Fautores, observan-
ter & amice invitate.

ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typogr.



Salutem!



Uatuor fuisse veterum Ictorum, quibus omnem juris iustitiæq; normam acceptum serimus, munera, Tullius, inter prudentes Romani juris sui temporis princeps, passim testatur. Idemque ex legibus, ab Imperatore Justiniano compositis & promulgatis, quibus tam publici quam privati juris principia continentur, haud difficulter probatur. Juris etenim Sacerdotes, qui æqui & boni artem profitebantur, vel judiciorum ordinem, secundū legum solennitatē ad cuiusq; jus persequendū, præscribabant: vel cautiones, ne quis, in negotiis gerendis, temere deciperetur, suggerebant: vel ambiguas hominum voluntates interpretabantur: vel abstrusa legum ænigmata resolvebant. & de jure ad factum respondebant. Adeoque Consulti juris medias, legislatorem inter & magistratum, seu jus dicentē, obtinebāt partes. Ita ut legislator non abs re prudens audiat legum condendarum auctor; Jurisconsultus peritus scriptarum legum interpres; Magistratus autem diligens illorum quæ constituta sunt custos & executor. Quantum itaque officii ac dignitatis præstantiā juris antecessor & antistes superatur à legislatore, tantum ille notitiā justi atque injusti vincit magistratum atque iudicem, cum hic etiam juris imperitus esse potuerit, & minus non officium judicis olim sustinere. *Primum a. jurū*

Jurisconsulti munus, quod versatur circa actionum formulas ritè
observandas, ut ut, ob nimiam subtilitatem, sæpe justitiam ac
veritatem lœdat arg. l. 116. de V. S. attamen apud priscos roma-
norum prudentes maximo, circa actionum instituendarum cer-
titudinem, in honore fuit. Hinc Appium Claudium Decem-
virum, qui ceteroquin, quod, illico Verginii filiæ amore ca-
ptus, contrajus, vindicias abdixit, omne fas atque nefas miscui-
se magnisque ac periculosis motibus ansam dedisse, fertur,
Pomponius in l. 2. §. 7. ff. de O. J. ex merito laudat, quod legis
actiones, ne populus, pro ut vellet, actiones instituerit, com-
posuerit, & ad formam redegerit; munus, ex plagio scribæ Cn.
Flavii, populo gratum. Sed quia illæ solennes & scrupulosæ
verborum formulæ, per quas, aucupatione Syllabarum insi-
diante, sæpius pernitiose, dum, qui caderet à Syllaba, idem et-
iam caderet à causâ, arg. §. 33. 34. 3. de aat. in artē juris committe-
batur, ab Imperatore Constantino sublatæ & radicitus dicuntur
amputatae in l. 1. C. de form. & impetr. action. subl. cum intentionis
expositio ab actore facta iudici sufficeret; videri poterat illud
munus Jurisprudentum cessisse foro: ast nemo sibi persuadeat,
illam fuisse Constantini Imper. mentem, quasi voluerit ipsum
substantiale judicii, seu internam actionum formulam, tollere,
cum aliâ declaratione addant, Imper. Theodos. & Valent. in l. 2.
d. 1. ita ut apta nihilominus rei & proposito negotio competens
requiratur actio. Non enim præsumendum optimum Imperato-
rem omnem juris rationem sublatum ivisse, totamque Jurispru-
dentiam perturbasse, quin potius, translato in Thraciam Impe-
rio, veterem illam duntaxat Romanorum superstitionem, & o-
tiosas odiosasq; subtilitates, quæ bono & æquo videbantur ad-
versari l. 29. §. 4. ff. Mand. 1. fn. C. de LL, quas etiam pro Cecina
Tullius exagitavit, amovisse. Cum hodienum in Camera Imper-
iali, & aliis bene constitutis judicis, stylus curiæ accuratam cu-
ram solennium, tam circa actionum articulos, quam judicio-

rum ordinem requirat, ut quis, ad veterem Romanorum mo-
rem legum actiones rediisse, arbitrari haud temerè possit. *Alte-*
rum Jurisconsulti officium, in cautionum negotiis civilibus adhi-
bendarum curâ, consistebat, ne ex lubrico & legum imperitiâ
lædantur, quibus integrum erat in actibus legitimis prudentes
consulere. Tanta enim & cautionum & clausularum multitu-
do & difficultas, ut sëpe peritus alioqui in arte inpingere pos-
sit. Advocatorum insuper quorundam, qui ex litibus tanquam
ex prædâ vivunt, tanta est malitia, ut, nisi decipient, litem ex li-
te forment, judicia procastinent atq; eludant, litteras oblite-
rent, leges invertant, conventiones in sinistrum sensum rapi-
ant, sigilla sugillent, compendium ex aliena calamitate secten-
tur, sua marsupia farciant, & ita in universum pene jus calu-
mniuntur, se officio suo rite functos esse neutiquâ credant. Ho-
rum itaq; callidis machinationibus nisi vigili Ictoriū operâ suc-
curratur, & providis cautionib⁹ occurratur, fas omne & jus sub-
verteretur, judiciaq; eluderentur: quod tamen, olim fuit severe
prohibitū, nec hodie est licitum. *Tertiū munus jurisprudenti occupa-*
tur circa æquam interpretationem ambiguarum voluntatum,
unde Eminentissimus Cardinalis Franciscus Mantica, Ictus celebre-
rimus, de conjecturis ultimarum voluntatum, nec non de taciti-
s & ambiguis conventionibus, stupendo cum labore, in perpe-
tuam nominis sui gloriam, egregia composita volumina, quæ
huius muneri splendidum addunt lumen. Quartum munus, eorū
qui juris civilis scientiam profitentur, in eo præminet, quod
de jure consulentibus respondeant. Isthoc nomine Masurius
Sabinus, qui apud Romanos equestris ordinis fuit, à Pomponio
laudatur, quod publicè primus responderit. Et hoc munus tam
necessarium est, ut jurisprudentia, illo remoto, haud possit ri-
te recteque explicari. Non enim possunt leges ita scribi ut
omnes omnino casus contineant, hinc opus sëpe est sapien-
sum effatis, ut leges, vel per interpretationum usualem, im-
rebus

rebus similiter judicatis / 32. ff. de leg. vel per restrictivam
in causis odiosis, l. 25. de LL. vel per extensivam in favora-
bilibus l. ult. ff. de Consist. Princ. factio applicentur & accom-
modentur. Nec scire leges est verba earum tenere,
cum verba rerum causa sint inventa, l. 7 ff. de supell. leg. sed
vim ac potestatem l. 17. ff. de LL. Adeoque verus legis
sensus, ex ratione legislatoris, si de ea constare possit;
vel ex sensu genuino æquitati congruenti; vel ex verbis,
propriis vel in proprio sumendis, hauriendus est. Quo-
niam itaque in hoc studii genere excellere, non otiosi
aut stupidi hominis est, sed ejus demum, cui de meliori
luto fixxit præcordia Titan, & qui indefesso labore per
medium profundum ivit, nullis isthæc potestas conce-
ditur, nisi qui se, ex responso Divi Hadriani, dignos isto
honore & isto imperiali beneficio præstiterunt, l. 2. §.

47. ff. de O. J.

Postquam itaq; DN. JOHANNES von der Becke/ Mindæ-
Westph. juris utriusq; Candidatus Eximus, in hanc
nostram Academiam non ita pridem venit, eo fine Ego
proposito, ut sibi, post superatos in difficulti juris studio
labores, potestate de jure publicè respondendi ab Ampliss.
nostrâ Facultate impetraret, Nos, pro officiis nostri ratio-
ne, non potuimus honestis ejus deesse votis, cum præpri-
mis, ex privato discursu, de veris juris prudentia & princí-
piis desunto, nobis probatum dederit, quantum habeat
sui in scientiâ legali fiduciam, Ego quibus instructus ani-
mi dotibus se hic contulerit. Itaq; rigoroso eum submis-
simus examini, tantumq; ex rerum argumentis edociti,
posse eum ad publicum examen admitti, tandemque offi-

cium jurisconsulti supplere. Est autem is, ut pro more de ejus natalibus & vita ratione quadam commentemur, honestissimis parentibus ortus.

Patrem enim habet virum Spectatissimum & civem apud Mindenses primariū DN. BARTOLUM von der Becke/ matrē vero CATHARINAM Rosede/ feminam virtutum encomio clarām. A quibus Parentibus in primis statim annis curē ac disciplina praeceptorum fidelissimorum, in scholā patriā erudiendus, traditus est, eo successu, ut informatores brevispem de ipso conciperent non levem, patrīq; auctores fierent, ne filiū hunc, eximio animi vigore ornatum à studiis ad aliud vitā gennā avocarent, quin potius sumtus studiorū non frustrandos promtē in penderent: quod etiā in spem familiæ & splendoris lubentes fecerūt. In primis vero auspiciis informatione usus est DN. JACCOBI WESSE-LII, Phil. Mag. & Correctoris Scholæ Patriæ & Clariſſimi, à quo in græcā linguā probe eruditus, in latīna egrégie exercitatus, & Rhetoricae fundamenta doctus est. Addidit postea operam insignem Vir p.m. pl. Rev. DN. JOHANNES HEMPELIUS, Ph. M. & Past. ad D. Martini vigilanssimus, eo tempore Rectoris officium simul administrans, à quo, uti Philosopho præclaro simul Logica præcepta & fundamenta solidiora hausit.

Hunc in informando exceptit Præclar. Dn HARTMANNUS MORING, Phil. M. & Rector Scholæ Mindanae meritiss., amicus noster honorand⁹, qui, quod deerat addere volens, præceptis Rhetoricae, Historia, Logica,

gica, Ethica & Physice, nec non Theologia Candidatum
nostrū diligentissime instruxit. A itaq, 1667. Academias
cogitarem fama viri ampl. DN. HENRICI TOL-
LEN Pedagogiarchæ Göttingensum celeberrimi eo
pertraxit, ubi duce & præceptore laud. DN. TOL-
LEN Biennii in Philosophia & eloquentia studio con-
sumxit; usq, dum, sub auspicio anni 1669. Academiam
Hasso-Schaumburgicam, quæ Rintelie est, adiit, ubi, præ-
terquam quod publicis lectionib. Virorum Nobilissim.
Consultiss. & Excellentissimorum Dn. DAVID PE-
STELII, & Dn. BERNHARDI SCHULTZEN
adsidue interfuit, in primis privata informatione usus
est viri Nobiliss. & Excellentiss. Dn. D. MOLLEN-
BECII, tum temporis Rintelensis Civitatis Syndici, po-
stea vero ad Cathedram Juridicam in Giessenam evo-
cati Academiam, ubi Antecessoris munus singulari cum
laude exornat. Sequenti anno in Salana studium Ju-
ris continuavit, privatam operam conferentibus viris
Nobiliss & Consultiss. Dn. D. LINCKEN, & Dn. D.
SIMONIS, illo quidem in Syntagmate D. STRUVII,
hoc vero in exponendo Examine Juridico Scotam Ab-
soluturus cursum captum tertio anno ad per antiquam,
nunc restitutam Geranam se contulit, ubi per bien-
num & aliquot menses substitut, publicè docentibus
viris Nobiliss. Consultiss. & Excellentissimis Dn. SO-
DEN, Dn. JUDENO, Dn. SMIDELIO, nunc p. m.
privatim autem singularem opem subministrante Dr.
D. JUDENO, quo præside etiam Collegium Examinato-

rio

rio disputatorium ad universum jus civile habuit.
Tunc temporis apprimè delectatus est rebus practicis, cù
E universa theoria illum respiciat finem. Nam quod
discitur theorice, id sub nube discitur, quia jurispruden-
tia non consistit in contemplatione, sed in virtutis E
principiū justitia actione, ut cuiq; suum tribuatur: adeo-
que ipsa praxis verum tandem præbet juris intellectum,
E Ictum demonstrat. Leges siquidem, Baldo teste, in
scholis diglutiuntur, in Palatiis autem E judiciis dige-
runtur. Ideoq; Effurti degens patrocino amicorum ope-
ram dedit. Tandem domum reverus Lubecam com-
meavit, inde in hanc nostram Academiam, eo, quem dixi,
animo se contulit, E talem hactenus se præstítit, qui non
tam ambire quā mereri summos in utroq; iure honores
velit. Scripsit autem Disputationem inauguralem,
die 18. Aug. publico examini subjiciendam, non de certā
quādam juris materia, sed ex primā Pandectarum par-
te desumptam, quā se eo mage posse eruditum ostendere,
E munia Doctoris cum laude subire.

Ut itaque actus hic solennis eo illustrior redda-
tur, Ego, meo & Ampl. Facult. Juridic. nomine,
Magnificum, Dominum Rectorem. Utriusq; Rei-
publ. Senatum, omnesq; Litteratorum Ordines,
ea, quā par est, observantiā & huma-
nitate, iterum iterumq; invito.

ROSTOCHII, sub Sygillo Facultatis,
die. IX Augusti, Anno 1674.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn741211564/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741211564/phys_0011)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn741211564/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741211564/phys_0012)

DFG

gica, Ethica & Physicae, nec non Th
nostrū diligentissime instruxit. A i
cogitantem fama viri ampl. DN.
LEN Pedagogiarcha Göttingen
pertraxit, ubi duce & praeceptor
LEN Bienniū in Philosophia & e
sumsit; usq; dum, sub auspicio an
Hasso-Schaumburgicam, qua Rinth
terquam quod publicis lectionib. L
Consultiss. & Excellentissimorun
STELII, & Dn. BERNHARDI
adsidue interfuit, in primis privat
est viri Nobiliss. & Excellentiss. I
BECII, tum temporis Rinthelienis
stea vero ad Cathedram Juridicam
cati Academiam, ubi Antecessoris n
laude exornat. Sequenti anno in
ris continuavit, privatam operam
Nobiliss. Consultiss. Dn. D. LIN
SIMONIS, illo quidem in Syntagma
hoc vero in exponendo Examine Ju
soluturus cursum cæptum tertio ani
eunc reflorescentem Granam se con
num & aliquot menes substitut,
viris Nobiliss. Consultiss. & Excell
DEN, Dn. JUDENO, Dn. SMID
privatim autem singularem opem /
D. JUDENO, quo præside etiam Coll



ndidatum
lacademias
I TOL
errimi eo
I. TOL
udio con
ademiām
ubi, pra
obilissim.
VID PE
TZEN
one usus
LLEN.
ndici, po
im evo
lari cum
ium Ju
us viris
& Dn. D.
RUVII,
am Ab
iquam,
er bien
tentibus
n. SO.
ic p. m.
nte Dr.
pinato
rio